(16) *Otro testamento acabado.* Concordat cum l. *si quis eum*, §. 1. D. *de vulgar. et pupill.*

(17) *Otro fijo.* Et sic agnatione posthumi substitutio pupillaris expirat, eo quia rumpitur paternum testamentum, quod Bart. in l. *in pupillari*, D. *de vulgar. et pupil.* dicit, quod procedebat olim; et quod hodie non expirabit, per dict. auth. *ex causa;* contra cujus dictum habes casum hìc de jure Partitarum, et dixi in glossa præcedenti. Adde etiam, quòd si pupillus moriatur vivo testatore, quòd expirabit pupillaris substitutio, ut in l. *quod si filius*, D. *de captiv.* et notat Joan. Andr. in addition. *ad Specul.* tit. *de testam.* in princ. in 1. addition. magna, in 3. col. versic. *ex quo sumus*, ubi dicit, quòd substitutus non veniet, neque ex pupillari, neque ex tacita vulgari; quod tamen intellige, ut per Bart. in l. lex *Cornelia*, in fin. D. *de vulgar. et pupill.* et in l. *cum patronus*, D. *de legat.* 2. et in l. *patre*, D. *de adoption.*

LEY XI. — Como se faze la substitucion que es llamada Exemplaris, e como desfallesce.

Exemplar substitucion, diximos, que es aquella, que pueden fazer los padres, e las madres (1) a sus fijos (2), que son locos, o sin memoria (3); e fazese en esta manera (4), diziendo assi: Establezco por mio heredero a fulano mio fijo, e si el muriere en aquella locura (5) en que agora es, establezco por su heredero en su lugar a fulano ome. Pero si este loco a quien dan el substituto, ouiere fijo, o nieto (6), o alguno de los otros que descienden por derecha liña del, deuenlos substituir (7) en su lugar, e non otros. E si alguno destos non ouiere, estonce le pueden dar substituto a su hermano, si lo ouiere; e si non ouiere hermano, puedenle dar por su substituto otro estraño (8). E tal substitucion como esta, es dicha exemplar; porque es fecha a semejança, e a exemplo de la pupilar. Ca assi como al moço menor de catorze años dan substituto, porque no ha entendimiento de fazer testamento, si muriere en tal tiempo; por esta misma razon le pueden dar al loco, o al desmemoriado; e si muriere en la locura, aura el substituto todos los bienes del. Pero tal substitucion como esta se puede fazer en tres maneras. La primera es, si quando aquel a quien dan el substituto, es desmemoriado, e despues desso torna en su memoria (9). La segunda es, quando le nasce fijo (10), o fija. La tercera (11) es, si aquel que la fizo, la reuoco por otro testamento, que fizo despues.

LEX XI. — Exemplariter substituit pater filio fatuo, sic: *instituo filium meum hæredem, et si in stultitia moriatur, Titium sibi substituo:* sed si descendentes habet mente captus, illi sunt substituendi, aliàs ejus frater; et si fratrem non habet, quilibet extraneus potest substitui. Et dicitur exemplaris, exemplo pupillaris, quia utraque propter sensus defectum fit, et si in furore moritur, admittitur substitutus: eo resipiente, vel ei nato filio, aut testatore per aliud testamentum substitutionem revocante, expirat dicta substitutio. Hoc dicit. Habuit ortum à l. *humanitatis*, C. *de impuber. et aliis substit.* et à l. *ex facto*, D. eod. tit.

(1) *Las madres.* Extende hoc, etiamsi mater transierit ad secundas nuptias, secundum Bald. in l. *humanitatis*, col. 8. C. *de impub. et aliis subst.* contra Bart. in l. *ex facto, de vulg. et pupill.* cum quo contra Bart. transit Joan. de Imol. in dict. l. *ex facto;* et Salic. in dict. l. *humanitatis*, et idem Imol. in cap. *Raynutius*, *de testam. in materia exemplaris substitutionis*, quòd indubiè procedit, si mater humaniter, et honestè circa filium testata sit, non si corrupto animo tali, quod filius si esset sanæ mentis, aliter testaretur, ut tradit Angel. Aret. in §. *qua ratione*, *Inst. de pupil. substit.* cujus verba valdè placent Guillielm. Bened. in repetit. dict. cap. *Raynutius*, super verbo *si absque liberis moreretur* la 2. *in materia exemplaris substitutionis.* Poterit etiam mater filiis suis bastardis non natis ex damnato coitu, juxta id, quod habetur in l. 9. *Tauri*, exemplariter substituere, ut vult Bald. in dict. l. *humanitatis*, col. 10. vers. 2. *videamus de personis*, et tradit Guillielm. Bened. ubi suprà, col. 4. Quid autem si mater, vel avus maternus concurrant in substituendo exemplariter, quis præferatur? Vide per Bald. in dict. l. *humanitatis*, col. 11. vers. 5. *quæritur*, et melius per Bart. in dict. l. *ex facto*, col. 8. vers. *quæro si avus:* ubi etiam in quæstione antecedenti, vide per eum, quid si pater, et mater ambo substituerint, qualiter, et in quibus bonis substituti succedent.

(2) *Fijos.* Sed an filio exhæredato possit exemplariter substitui? Lex ista inferius, in forma hujus substitutionis videtur velle, quod non, et idem probari videtur in dict. l *humanitatis*, ubi Bart. hoc tenet. et in dict. l. *ex facto*, et utrobique Doctores communit. Sed in puncto juris fortè verior est opinio, quòd possit filio exhæredato ita substitui, cùm etiam furiosus rectè exhæredari possit ex causa ingratitudinis commissa ante furorem, l. *numquam*, §. *si vi*, D. *de usucap.* l. fin. §. *sed cum antiquitas*, C. *de curator. furios.* Bart. in dict. l. *ex facto;* sicut enim pupillariter substituitur filio exhæredato, ut in l. 6. supra, eod. sic etiam poterit exemplariter, cùm etiam ista substitutio illam imitetur, ut hìc habes; nec obstabit ista lex in modo formali, quia ex hoc non potest id inferri, cum idem dixit in l. 5. suprà, eod. in forma pupillaris, neque dicta l. *humanitatis*, ita urget, quòd ex ea fundetur communis opinio: et contra communem tenet Decius, ibi column. 4. et Didacus à Covarruvias *in suo commento* cap. *Raynutius*, §. 6. *de testam.*

(3) *Locos, o sin memoria.* Adde l. *ex facto*, et dict. l. *humanitatis*, et l. fin. §. fin. C. *de curator. furios.* poterit ergò substitui exemplariter furioso, vel mente capto, ut mutis, et surdis, qui testari non possunt; et etiam prodigis, quibus facta est interdictio, ut omnes dicunt in dict. l. *ex facto*, D. *de vulgar. et pupill.* Bald. etiam in dict. l. *humanitatis*, C. *de impub. et aliis substit.* col. 11. vers. 6. *quæritur.*

(4) *Fazesse en esta manera.* Fit etiam verbis generalibus, ut si dicat: *instituo Titium, et Sempronium filios meos hæredes, et eos invicem substituo;* nam si uterque est furiosus, vel mente captus, sub his verbis inest exemplaris substitutio secundum Bart. in l. *Lucius*, D. *de vulgar. et pupill.* ubi etiam Alex. col. penult. Jason. col. 11. vel si diceret, *substituo filio meo Titium*, licèt nulla fiat furoris mentio, ut voluit Bart. in l. *ex facto*, D. *de vulgar. et pupill.*

(5) *Muriere en aquella locura.* Institutio sub hac forma concepta, complectitur vulgarem, si filius, restituta sibi sana mente, noluerit esse hæres, vel adhùc in furore existente fuerit ejus nomine hæreditas legitimè repudiata. Comprehenderetur etiam pupillaris, si ipse filius decesserit ante pubertatem in furore; erit enim tunc verè exemplaris, cùm decesserit post pubertatem in furore, secundum Bart. cujus opinio est communis, in dict. l. *ex facto*, col. 3. D. *de vulg. et pupill.* Sed est pulchrum dubium, an substitutione concepta sub forma hujus legis, scilicèt, *si filius meus decesserit in furore*, si contingat, quòd filius intra pubertatem cessante furore decedat, an succedet substitutus ex pupillari contenta in exemplari, et sic an tali casu in exemplari contineatur pupillaris? Quæ investigatio magni est effectus et utilitatis, quia in exemplari solùm potest substitui, qui debet succedere aliàs ab intestato, ut statim habetur in ista lege; in pupillari verò substitui potest quilibet extraneus. Alexand. in dict. l. *ex facto*, col. 6. post Salicet. in l. *humanitatis*, col. 7. C. *de impub. et aliis substit.* vers. *nunc quæro*, vult, quòd isto casu taliter facta substitutio nullo modo valeat, ex quo testator expressit casum, si filius decesserit in furore, qui tamen non evenit; quod est benè notandum. An autem hoc possit limitari, nisi in taliter facta substitutione datus esset substitutus extraneus, et non de illis, de quibus hìc, et in dicta l. *humanitatis;* nam tunc videtur de mente testatoris substituere pupillariter, ex quo non posset substitutus capere ex exemplari: et qualis sit substitutio, ex mente, et potestate testatoris dependet, l. *in testam.*, C. *de testam. milit.* l. *si ita quis*, D. *de vulgar. et pupil.* cogita, quia etiam videtur posse dici, quod etiam isto casu tunc videatur substituere pupillariter, si filius decedat in furore, non si sanæ mentis: utilius ergò erit, ut exemplaris substitutio sic fiat, *filio meo furioso talem substituo*, tunc enim comprehenditur expresse pupillaris, si filio impuberi facta sit exemplaris, secundum Bart. et Doctor. *ubi suprà*, et quòd non se astringat testator ad formam hac lege positam. Nota tamen, quòd etiamsi exemplaris concipiatur in casu furoris, ut hìc, trahetur etiam ad casum, si filius prodigus, vel mutus, vel surdus decesserit, l. *Gallus*, §. *et quid si tantum*, D. *de liber. et posthum.* Bart. et Alex. in dict. l. *ex facto.*

(6) *Fijo, o nieto.* Non distinguit, si sapiens, seu sanæ mentis, vel ne; intelligendum tamen est de sapiente, prout habetur in dict. l. *humanitatis*, C. *de impub. et aliis substit.* nam mente capti excludantur ab ista substitutione, licèt non excludantur à legitima, ut dicam in glossa sequenti, et tenet Angel. in dict. l. *humanitatis*, ubi etiam Decius, col. penult.

(7) *Deuenlos substituir.* Et si plures sint filii furiosi, posset unum tantùm ex eis substituere, ut in l. *humanitatis* C. *de impuber. et aliis substitut.* dum tamen alios instituat in legitima, vel exhæredet, prout voluit glossa finalis in dict. l. *humanitatis*, cum qua residet Alexand. et est communis opinio, secundum Ange. in §. *qua ratione*, *Instit. de pupil. substit.* in hoc etiam residet Decius in dict. l. *humanitatis*, in fin. ubi respondet ad l. *Papinianus*, §. *sed neque impuberis*, D. *de inoffic. testam.*

(8) *Otro estraño.* Quid etiam matrem pupilli furiosi excludet, ut satis hìc innuitur, et tenet Bart. in l. *ex facto* D. *de vulg. et pupill.* col. 6. vers. *juxta hoc quæro*, et col. 7. vers *ultimò quæro*, cujus opinio est communis, et eam defendit Decius contra Bald. et alios, in dict. l. *humanitatis*, in 6. notab.

(9) *Torna en su memoria.* Quid, si furor rediret? Dic, quòd adhuc sustitutio capiet vires, ut tradit Bart. in dict. l. *ex facto*, col. penult. D. *de vulg. et pubill.* et probatur in l. *cum aliis*, C. *de curator. furios.* et in l. *qui tertiana*, D. *de ædilit. edict.* et procederet planè, si furor in brevi reverteretur; quòd si post multum tempus, dubia esset opinio Bart. et fortè non procederet, prout voluit Bald. in dict. l. *humanitatis*, circa fin. vers. 4. *quæro*, et Angelus in §. *qua ratione*, *Instit. de pupill. substit.*

(10) *Le nasce fijo.* Concordat cum l. *ex facto*, in princ. D. *de vulgar et pupill.* et intellige de filio legitimo, et naturali, puta ex matrimonio ante furorem contracto, l. *patre furioso*, D. *de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* et vide per Jason. in dict. l. *humanitatis*, col. fin. Dicit etiam Guilliel. Bened. in repetit. cap. *Raynulius*, *de testam.* super verbo *si absque liberis moreretur*, la 2. *in materia exemplaris substitutionis*, quod intelligi debeat de filio sapienti, quia si nasceretur demens, et in dementia perseveraret, non rumperet secundum eum substitutionem patri suo factam; movetur, quia eo casu filii jam nati eam non rumperent, si dementes essent, ut in dict. l. *humanitatis*, cujus dictum in hoc non videtur verum, propter generalitem hujus legis, et dictæ l. *ex facto*, in princ. nihil in hoc distinguentium. Et quia, ut dixi, quòd disponitur in dicta l. *humanitatis*, debet intelligi, dum tamen alii filii mente capti instituantur in legitima, vel exhæredentur: et imputet sibi testator pater, qui non providit circa istum casum, si filius furiosi demens nasceretur, relinquendo ei legitimam.

(11) *La tercera.* Quartam adde ex defectu ejus, cui est facta, tradit Bart. in l. *ex facto*, D. *de vulg. et pupill.* in fin. principii, quem alii Doctores sequuntur.

LEY XII.—Como se faze la substitucion, a que llaman en latin Compendiosa, e que fuerza ha.

Compendiosa substitucion, de que de suso fablamos, se faze desta guisa (1), como si dixesse el testador: Fago mio heredero a fulano mio fijo (2), e quando quier que el muera, sea su heredero (3) tal ome. En tal caso como este dezimos, que si es Cauallero (a) (4) aquel que la faze por tales palabras, e el fijo, a quien dan el substituto, ha madre (5), si se muriere el moço ante de catorze años, (6), e la fija ante de doze, estonce el substituto heredara todos los bienes del; e la madre non aura ninguna cosa (7) ende. E si el moço, o la moça, muere despues (8) de la edad sobredicha, estonce aura la madre (9) la tercera parte (10) (b) de la heredad, de todos los bienes que el moço heredo de su padre, e todo lo al que gano de otra parte, onde quier que lo ganasse; otrosi las sepulturas que le pertenescen de linage de su padre (11): mas todos los otros bienes (12) del finado (13) deue auer el substituto. Mas si el Cauallero, non auiendo fijos, estableciesse en su testamento por heredero alguno, que non fuesse de los que descendiessen del (14), estonce el substituto que fuesse y puesto por las palabras sobredichas (15), auria toda la heredad (16) del heredero, quando quier que muriesse (17). E si aquel que fizo la substitucion por las palabras sobredichas (18), non es Cauallero, e aquel a quien dan el substituto, es menor de catorze años, si muriese este atal ante que sea de edad de catorze años, seyendo varon, o muger de doze, aura el substituto la heredad, e la madre non aura ende ninguna cosa. Mas si muriere despues desta edad, estonce el substituto non heredara ninguna cosa (19) de los bienes de aquel en cuyo lugar fue substituto; ante los deue auer la madre, si la ouiere, o sus parientes del muerto los mas propincos. Pero si este, que non es Cauallero, dixesse assi, quando fiziesse su testamento: Establezco tal mio fijo por mio heredero, e quando quier que el muera sin fijos (20), dexole por substituto en su lugar a fulano ome; o, quiero que sea su heredero fulano; estonce, si el muriere despues de la edad sobredicha (21) aura la madre del fijo de las tres partes de los bienes la vna (c), e las otras cosas (22) que de suso diximos; e todos los otros bienes (23) deue auer el substituto de mano della, quando quier que muera el moço.

(a) Es decir, militar.

(b) (c) Hoy la legítima de los ascendientes son las dos terceras partes de los bienes. L. 6 de Toro, que es la L. 1, tít. 20, lib. 10 de la N. R.

LEX XII.—Substitutio compendiosa fit in hæc verba: *talem filium meum instituo, et quandocumque moriatur talis sit hæres:* quæ si fit à milite, mortuo filio infra pupillarem ætatem, admittitur substitutus pupilli exclusa matre; sed post pubertatem, habebit mater tertiam bonorum patris; et omnia ejus bona aliunde provenientia, et jura sepulchrorum patris; sed alia bona habebit substitutus. Si verò miles eamdem substitutionem extraneo hæredi fecit ad omnia bona, quandocumque decedit, admittitur substitutus. Si autem per dicta verba eam fecit paganus, admittitur substitutus, matre exclusa, infra pupillarem ætatem; posteà autem repellitur in totum substitutus: sed si eam fecit per verba *substituo*, aut dixit, *volo, quòd sit talis hæres*, tunc post purillarem mortuo, habebit mater tertiam bonorum patris, et alia, de quibus suprà, et substitutus alia bona. Hoc dicit.

(1) *Se faze desta guisa.* Potest etiam fieri verbis generalibus, etsi non adjiciatur verbum *quandocumque*, ut si dicat, *si decesserit filius meus substituo Petrum*, hæc enim indefinita æquipollet universali, l. *si pluribus*, D. *de legat.* 2. tenet glossa magna in l. *in testamento*, la 1. C. *de testam. milit.* Item, si dicat, *si sine liberis filius meus decesserit*, Gloss. in cap *si pater, de testam.* lib. 6. Item etiam ita fit, *si filius meus decesserit intra pupillarem ætatem, vel post.* vel *intra vicesimum quintum annum*, l. *Centurio*, et ibi Bart. D. *de vulgar. et pupill.*

(2) *Mio fijo.* Rectè ponit exemplum in filio, ut appareat sub compendio istam substitutionem amplecti diversa tempora, pupillaris scilicet ætatis, et pubertatis, l. *precibus*, et ibi Gloss. C. *de impuber. et aliis*, et in cap. *si pater*, in verbo *absque deductione*, *de testam.* lib. 6. fit etiam à milite hæc substitutio extraneo, ut infrà ead. l. et ibi dicam.

(3) *Sea su heredero.* Ista aunt verba directa, ut dicit Gloss. in l. *verbis civilibus*, et in l. *Centurio*, D. *de vulgar. et pupill.* vide per

Gloss. in l. *eam quam*, in verbo *directis*, C. *de fideicommiss.* et Bart. in l. 2. C. *communia de legat.*

(4) *Caullero.* Idem in doctore, vel advocato, et clerico tenet Alexand. qui late hoc examinat in l. *Centurio*, 1. et 2. col. cum sequentibus, D. *de vulgar. et pupill.* qui licet in hoc ibidem impugnetur à Socino, tenenda videtur opinio Alexand. cùm istud privilegium non detur militibus ratione simplicitatis, sed ratione exercitii militaris, quod militabit in doctore actu legente, et advocato advocationis officium exercente, et clerico, qui est miles cœlestis militiæ, vide l. 8. et quæ ibi dixi, tit. fin. 2. *Part.* et de quo milite intelligatur, vide ibidem per Alex. et Bald. in l. *in testamento*, in fine, C. *de testam. milit.* nam intelligitur de militantibus causa reipublicæ, et quæ dixi in l. 49. tit. 5. *Part.* 5.

(5) *Ha madre.* Idem si haberet aviam vel alios ascendentes, quibus deberetur legitima; ut in l. *nam et si parentibus*, D. *de inoffic. testam.* l. 6. *in Ordinam. Tauri.*

(6) *Ante de catorze años.* Et sic patet, quod in casu hujus legis substitutio compendiosa facta fuit filio impuberi. Quid autem, si per verba directa, de quibus hìc, substituerat miles filio puberi, an etiam matre existente in medio, valeret jure directo, et excluderet matrem etiam à legitima? Gloss. in l. *precibus*, super verbo *fideicommissi*, C. *de impuber. et aliis substit.* vult quòd sic, et est de mente Azo. C. eod. in summa, et opinio illius glossæ est communiter approbata, et ibi per eam vide rationem diversitatis.

(7) *Ninguna cosa.* Concordat cum l. C. *de impuber. et aliis substit.* et l. *Papiniauus*, §. *sed neque impuberis*, D. *de inoffic. testam.*

(8) *Muere despues.* Sine liberis intellige, l. *cum avus*, D. *de condit. et demonst.* l. *cum acutissimi*, C. *de fideicom.* l. 10. tit. 4. ead *Part.* ubi vide, quæ dixi.

(9) *Aura la madre.* Sed an habebit, ut succedens ab intestato in bonis filii, cum onere fideicommissi restituendi reliqua bona paterna substituto; vel an habebit, ex eo quòd directa militaris post pubertatem non comprehendat legitimam filii, nec alia, de quibus hìc favore matris, licèt ex directa militari substitutus succedat in bonis patris privilegio militari? Non satis aperit ista lex; imò cùm hìc non exprimat, quòd substiitutus capiat reliqua bona patris de manu matris, prout expressit in casu finali hujus legis, videtur isto casu voluisse, quod substitutus directo per se capiat; et ista investigatio magni est effectus ob ampliores utilitatis, quas habet directa substitutio, quàm fideicommissaria, ut tradit Bart. et Angel. in l. *Centurio*, col. 2. D. *de vulgar et pupill.* ubi etiam Alexand. et latiùs Guilliel. Benedict. in repetit. cap. *Raynutius*, *de testam.* in verbo *si absque liberis moreretur*, la 2. *in tractatu compendiosæ:* vide, quæ dicam in gloss. sequenti, et in gloss. super parte *de linaje de su padre.*

(10) *La tercera parte.* Hæc erat jure isto Partitarum, et de jure communi legitima filii, l. 17. tit. 1. 6. *Partit.* et in authent. *novissima*, C. *de inoffic. testam* et ex hoc videtur reprobari hìc communis Doctorem opinio in l. *Centurio*, D. *de vulgar. et pupill.* qui sequentes ibi Bart. volunt, quod substitutio compendiosa verbis directis facta à milite filio impuberi, post pubertatem valeat, ut directa militaris, et substitutus succedat in omnibus bonis patris, exclusa matre etiam à legitima filii; licèt Paul. de Castr. in dict. l. *precibus*, col. penult. concludat, nec per directam militarem post pubertatem posse legitimam tolli; nedùm matri, si ipsa existat, sed neque aliis venientibus ab intestato ad successionem filii: quod etiam tenet Alexand. de jure novissimo Authenticarum hodiè procedere, licèt non de jure antiquo Digestorum, quo poterat miles filium privare legitima, quia etiam illo tempore poterat filium etiam sine causa exhæredare, l. fin. *de inoffic. testam.* Sed hodie dicto jure novissimo statutum fuit, quòd non possit exhæredari etiam à milite; ut est magis communis opinio, juxta Gloss. in l *adversus*, et in l. fin. C. *de inoffic. testam.* tenent Bart. er Doctor. in authent. *ex causa*, C. *de liber. præter.* undè videtur, quòd hodie non possit filio militis legitima tolli ex directa militari. Socinus verò in dict. l. *Centurio*, respondens ad hoc fundamentum Alexand. tenet opinionem Bart. et aliorum, dicens, quòd licèt facta sit correctio in actu odioso, ut non possit filius exhæredari, non sequitur, quòd etiam facta sit correctio, quando filius est institutus, et gravatus per substitutionem directam, et in materia correctoria strictè proceditur. Decius etiam in dict. l. *precibus*, col. penult. num. 25. tenet idem cum Socino, dicens, quòd etiam videtur, quod alia sit ratio, possit miles directa militari filium privare ex legitima, quam illa, quæ colligitur ex dictis Alexandri, videlicèt, quòd hoc sit ex natura ipsius directæ substitutionis, quæ est, quòd omnia bona absque diminutione in substitutum transferantur; hæc enim videtur peculiaris natura directæ substitutionis, undè secundum eum opinio, quòd ex hac directa filius privetur legitima, indistinctè videtur verior, etiam de jure novissimo, vide ibi per eum, et per Socinum in dict. l. *Centurio*, chart· penult. col. 3. Approbatur ergo hìc in ista lege Partitarum, favore matris existentis in medio, opinio Azon. in summa, C. *de impuber. et aliis substit.* col. 3. vers. *compendiosa substitutio*, ut directa militaris favore matris obliquetur post pubertatem, et valeat jure fideicommissi; quam etiam tenet Gloss. in dict. l. *precibus*, in qua lege satis hoc probatur, cui nulla responsio Doctorum tenentium contrarium satisfacit, et sic in fideicommissaria substitutione non comprehenditur legitima filii, ut in l. *quoniam in prioribus*, et in l. *ex tribus*, C. *de inoffic. testam.* l. 11. tit. 4. ead. *Partit.* Adverte tamen, quod cum hoc sit favore matris, si mater non existat, aliis hæredibus filii existentibus, quibus non debetur legitima, tales hæredes in totum excludentur à bonis patris militis, ex directa militari, etiam quoad legitimam debitam filio, per rationes, de quibus suprà; si tamen miles substitueret per verbum commune, veluti per verbum *substituo*, tunc post pupillarem ætatem, etiam matre non existente in medio, traheretur ad fideicommissum, ut tradit Alexand· in dict. l. *Centurio*, 14. col. vers. *ex prædictis.* Adverte etiam, quia in casu, quo mater debet habere legitimam filii, videtur intelligi debere, si filius hæreditatem patris adivit, prout etiam habetur in dict· l. *precibus*, nam si non adiisset, succederet substitutus ex vulgari in compendiosa contenta, et matrem etiam à legitima excluderet, cum per vulgarem succedatur defuncto, non ei, cui facta est substitutio, *Instit. de vulgar. substit.* in princ. et quæ notantur per Gloss. et Doctor. in l. fin. C. *de instit. et substit.*

(11) *De linage de su padre.* Intelligi debet de omnibus sepulchris tàm familiaribus, quàm hæreditariis, l. *quia perinde*, §. *restituta*, D. *ad Trebell. familiaria*, et l. *vel quod*, D. *de religios. et sumpt. fun.* et C. eod. l. *si sepulchrum*, et sic substitutio compendiosa, de qua in isto primo casu hujus legis, post pubertatem filii favore matris obliquatur, et valet, ut fideicommissaria; quia si valeret, ut directa militaris, jura sepulchrorum, tam quæ habentur à genere paterno, quàm reliqua, transirent in hæredem directum, ut habetur in dict. l. *vel quæ*, et in dict. l. *si sepulchrum;* quia tamen lex ista isto casu voluit, quòd ista substitutio obliquaretur, et valeret jure fideicommissi, inde est, quòd jura sepulchrorum ex parte patris, sive hæreditaria, sive familiaria, manere debeant apud matrem succedentem filio, et non transeant in substitutum, eo quia venit jure fideicommissi, ut in dict. l. *quia perinde*, quia fideicommissarius non est hæres, licet loco hæredis habeatur. Idemque erit dicendum in jure patronatus ecclesiæ, ut non transeat in substitutum fideicommissarium, ut notat Bart. in dict. l. *quia perinde*, et ibidem Alexand. legens dictam legem sub l. *quamvis*, §. *nihil*, eod. tit. et in l. *Centurio*, col. 9. D. *de vulgar. et pupill.* Joan. de Imol. in l. *si patroni*, in princ. D. *ad Trebell.*

(12) *Todos los otros bienes.* Sed an prælegata, et donationes, quas pater fecit filio, venient ad substitutum, vel manebunt apud matrem, colliges ex l. *Marcellus*, §. *quidam*, et ibi per Alexand. D. *ad Trebell* et ex l. *cum virum*, C. *de fideicommiss.* et nota hìc, cùm dicit, *todos los otros bienes*, nam probatur expressè matrem non posse deducere Trebellianicam, ut etiam voluit Gloss. in l. *precibus*, in gloss. final. C. *de impuber. et aliis substitut* et sic habes ex testamento militis non deduci Trebellianicam, contra opinionem Bart. et Doctor. in l. 1. §. *in filii*, D. *ad Trebell.* quorum sententiam Socin et Ripa. asserunt communem in dict. §. *in filli*, Jaso in l. *in testamento*, la 1. C. *de testam. milit.* et in hoc sequuta est ista lex opinionem Glossæ in dict. l. *precibus*, in gloss. fin. cujus opinionem etiam asserebat esse communem Alexand. in l. *Marcellus*, in princ. in 3. notab. D. *ad Trebell.* vide quæ dicam infrà ead. l. gloss. fin.

(13) *Del finado.* Ex isto verbo poteris dicere, quòd fructus inventi in hæreditate tempore mortis testatoris, pertinent ad substitutum, ut in l. *Centurio*, D. *de vulgar. et pupill.* si verò percepti fuerunt per hæredem, et recollecti post mortem testatoris, licet reperiantur non consumpti tempore mortis hæredis, non pertinent ad substitutum, cum illa non fuerunt bona defuncti, sed hæredis, quæ non veniunt in restitutione, l. *in fideicommissaria*, in princip. et l. *mulier*,

§. *si hæres*, cum §. sequenti, D. *ad Trebell.* nec pertinent substituto ex directa militari, secundum magis communem conclusionem Doctor. Angel. Paul. Alexand. et aliorum in dict. l. *Centurio*, contra Bart. ibi; quæ opinio satis probatur hìc.

(14) *Que non fuesse de los que descendiessen del.* Prosequitur dicta Azon. C. *de impuber. et aliis substitut.* in summa, col. 3. vers. *compendiosa*, cum dicit, at ubi miles homini extraneo puberi, posteaque hæres existit, substituit directo, non habetur illa consideratio, habet vel non habet matrem; nam nihil ad legem, vel ad testatorem de matre ejus.

(15) *Por las palabras sobredichas.* Ex hoc collige, et ex dictis Azon. quæ retuli in glossa præcepenti, substitutionem à milite factam extraneo per verba *quandocumque decesserit*, dici compendiosam, licèt non sit ibi temporis diversitas pubertatis vel impubertatis, sed additionis, vel non additionis hæreditatis: imò isto casu in milite est propria species compendiosæ, ut tradit Joan. de Imol. in l. *Marcellus*, §. *quidan*, D. *ad Trebell.*

(16) *Toda la heredad.* Non tamen venient prælegata, quæ relicta sunt à milite primo hæredi, secundum Alexandr. contra Joann. de Imol. ibi in l. *Marcellus*, §. *quidam* col. 2. D. *ad Trebell.*

(17) *Quando quier que muriesse.* Potest enim miles ex privilegio etiam post aditam hæreditatem directò substituere, et pro tempore habere unum hæredem, et pro tempore alium, l. *milites*, et ibi Gloss. et l. *miles ita*, in princ. et in §. *exhæredato*, D. *de testam. milit.*

(18) *Por las palabras sobredichas.* Id est, verbis directis, quæ posuit suprà. Si verò verbis obliquis conciperet substitutionem, omni tempore substitutio esset fideicommissaria, ut in l. *cohæredis*, §. *cum filiæ*, D *de vulgar. et pupil.* Bart. in l. *Centurio*, eod. tit.

(19) *Non heredara ninguna cosa.* Et sic post pubertatem talis substitutio expirat; ita ut neque valeat, ut fideicommissaria, quia compendiosa facta à pagano per verba directa non valet ultra tempus pubertatis, neque jure fideicommissi, l. *verbis civilibus*, D. *de vulgar. et pupill.* et approbatur hìc opinio Azon. C. *de impub. et aliis substitut.* in summa col. 3. vers. *compendiosa*, quam etiam tenet Gloss. in l. *in pupillari*, et in dict. l. *verbis civilibus*, et in l. *Centurio*, D. *de vulgar. et pupill.* et in l. *precibus*, C. *de impuber. et aliis substitut.* et in §. *qua ratione*, *Institut. de pupil. substitut.* et Gloss. in cap. *si pater*, in verbo *absque deductione*, *de testam.* lib. 6. et istam opinionem, ut communem tenet Alexandr. in dict. l. *Centurio*, col. 16. cum sequent. et Jaso. num 19. cui opinioni satis favet dictum cap. *si pater*, ubi habetur, quòd compendiosa verbis directis facta ob causam, trahitur interdùm ad fideicommissariam, innuens, quòd regulariter non possit esse fideicommissariam: reprobatur ergò hìc opinio Joan Andr. in dict. cap. *si pater*, volentis, quòd imò tunc trahatur ad fideicommissum; quam plerique Doctor. sequuti sunt, quos refert Alexandr. in dict. l. *Centurio*, ubi latè insistit Decius etiam in dict. l. *precibus*, col 6. num. 17. dicit istam opinionem Joan. Andr. majori niti æquitate, quia conservatur voluntas testatoris, qui voluit etiam facere substitutionem fideicommissariam, faciendo compendiosam, in qua etiam fideicommissaria includitur, ut probatur in dict. l. *precibus:* et licèt utatur verbis directis, quæ non conveniunt fideicommissariæ, verba testatoris debent potius impropriari, ut voluntas testatoris servetur, ut dicit Bart. in l. *in ambiguo*, D. *de reb. dub.* et subdit, quod ista opinio Joan. Andr. maximè deberet servari in curia Delphinali, ubi ut plurimum æquitas abundat, et voluntas testatoris inspicitur, etiam coram arbitratore, vel si persona substituta esset multùm dilecta testatori, vel esset pia causa substituta, ut tradit Joann. Baptis. de S. Sever. in dict. l. *precibus*, quem Decius refert. Limita tamen istam legem Partitarum tenentem primam opinionem, nisi testator in substitutione compendiosa adjecerit verbum *sine liberis*, ut si dixisset, *quandocumque sine liberis decesserit;* tunc enim, etsi concipiat substitutionem sub verbis directis, trahetur post pubertatem ad fideicommissum, ut infrà in ista lege, ubi dicam. Secundò limita, nisi in testamento apponatur clausula codicillaris, quæ hodie communiter apponitur in testamento, nam tunc trahetur ad fideicommissum, ut notabiliter voluit Bald. in dict. l. *verbis civilibus*, ubi etiam Angel. Imol. et Alexand. Decius in dict. l. *precibus*, col. 10. et probatur in l. *si frater tuus*, C. *de fideicom.* et ibi Paul. de Cast. et idem vult Gulliel. Bened. in repetit. cap. *Raynutius*, *de testam.* super verbo *si absque liberis moreretur*, la 2. *in tractatu compendiosæ*, col. 18. si testator verba æquipollentia clausulæ codicillari apponat, vel favore liberorum subintelligeretur; et vide per Joan. Baptis. ubi suprà. Et ex prædictis benè infertur, quòd si substitutio compendiosa fiat in testamento puberi à pagano per verba directa, quòd erit funditùs nulla, et nihil habebit substitutus, ut etiam voluit Gloss. in §. *extranco*, *Instit. de pupil. substitut.* tradit Alexandr. in dict. l. *Centurio*, col. 19. versic. *et ex prædictis.*

(20) *Sin fijos.* Iste fuit ultimus casus, quem in materia hujus compendiosæ posuit Azo ubi suprà. Quid autem si istud verbum non fuerit adjectum, sed per verbum commune, puta *substituo*, paganus fecisset istam substitutionem; an tunc infra tempus pubertatis valebit jure directo, et post pubertatem jure fideicommissi? Vel an omni tempore erit fideicommissaria? Ista lex non apperit, quia non posuit istum casum, si substitutio tantùm esset facta quandocumque decesserit, non addens, si sine liberis decesserit; et Azo ubi suprà, dicit hanc substitutionem omni tempore esse fideicommissariam, quia verbum *substituo* adaptatur ad fideicommissum, l. *generaliter*, §. fin. C. *de inst. et subst.* et quia talis interpretatio rem omni tempore valere suadet, l. *quotiens*, D. *de rebus dub.* et idem voluit Gloss. in l. *Centurio*, D. *de vulgar. et pupill.* et in l. *precibus*, C. *de impub. et aliis substit.* etiam Gloss. in dict. cap *si pater*, et istam dicit communem opinionem Bald. in l. *jam hoc jure*, D. *de vulg. et pupill.* et in aliquibus consiliis relatis à Decio in dict. l. *precibus*, ubi etiam refert alios istam opinionem tenentes. Gloss. tamen in §. *qua ratione*, *Instit. de pupillar. substit.* tenet, quòd si impubes moriatur in pupillari ætate, sit directa substitutio jure pupilluris ætatis, et ita valeat, et matrem excludat; post pubertatem tamen obliquetur: et istam opinionem comprobat, et sequitur post alios quàm plures, quos refert, Alexand. in dict. l. *Centurio*, col. 2. et seq. et multi alii à Decio relati in dict. l. *precibus*, col. 11. Bart. in dict. l. *Centurio*, et in dict. l. *precibus*, tenet primam opinionem, quando mater est in medio, et Bald. in dict. l. *precibus*, col. 2. et multi alii; ita quod Francisc. de Aret. consil. 159. dicat istam esse magis communem opinionem. Alii verò dicunt magis communem opinionem esse contra Bartolum, contra quos insurgit Decius in dict. l. *precibus*, dicens, quòd non facile judicari potest, quæ sit communis opinio, refertque ibi quamplures opinionem Bartoli tenentes, subdens, quòd hæc opinio Bart. habet magnam æquitatem, et per illam justo fœdere distinctionis opiniones concordari possunt; et quia incertum est de communi opinione, judex, qui habet judicare de æquitate deberet, si posset, componere cum matre, quòd ipsa habeat solam legitimam debitam jure naturæ, et non Trebellianicam, et quòd talis concordia videtur juridica in rebus valde dubiis. Guilliel. Benedict. ubi suprà, col. 24. et 25. audacter asserit opinionem Glossæ in dict. §. *qua ratione*, esse communem, ibique eam latè defendit, inducens aliquas absurditates, quæ resultarent, si opinio contraria teneretur. Ut dixi, lex ista Partitarum non decidit istum casum, sed casum quando fuit in compendiosa adjectum, *si sine liberis moreretur*, in quo casu etiam loquitur dictum cap. *si pater*, *de testam.* lib. 6. voluitque lex ista in hoc multum esset ponderis, ut etiam si substitutio tali casu concipiatur, etiam per verba directa, obliquetur post pubertatem jure fideicommissi; quæ tamen non obliquaretur, si non addito dicto verbo *substitutio compendiosa*, etiam cum verbo *quandocumque* concipereturr, ut ista lex dixit in præcedenti casu. Ergò videbatur concludendum, quòd casus iste remaneat sub dispositione juris communis, et quòd ista lege non decidatur; imò ista lex in finali casu posset induci contra opinionem Glossæ in dict. §. *qua ratione*, cùm velle videatur, quòd verbum *substituo*, quod est commune, tunc intra tempora pubertatis inducat directam substitutionem; post pubertatem verò fideicommissariam, quando fuit facta, *si sine liberis moreretur*, et non aliàs. Ego verò arbitror opinionem Glossæ in dict. §. *qua ratione*, esse veriorem et magis accedentem voluntati testatoris, et dispositioni jurium, et menti hujus legis Partitarum; nam etsi cùm testator concipit substitutionem compendiosam sub verbo, *si sine liberis moreretur*, per verbum commune, vel directum, et posset dici sensisse de tempore post pubertatem, et non de tempore ætatis pupillaris, in quo non est verisimile pupillum habere liberos, nihilominùs disponit intra pubertatem valere jure directo, et postea jure fideicommissi; à fortiori idem videtur dicendum, quando hoc verbum non fuisset adjectum, et verba communia conveniunt, tàm directæ, quàm obliquæ substitutioni; unde nihil mirum si mutatis temporibus mutetur ipsa substitutio ex mente testatoris.